PRUDENTIUS. GLOSSARIUM SUPER PRUDENTIUM
2. Hälfte 12. Jh. Seite 21r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36520
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Quam pulsa summis nisibus
Carina (ima navis) portū tangeret
Felix ameni litoris
Successus (t secessus) ille qui sacra
Fouens harenis uiscera
Uicem sepulchri prebuit
Tum cura scōrum pia
Deflens adornat aggerem
Tumuloq; corpus creditū
Uite reseruat postere
Sed mox subactis hostibus
Iam pace iustis reddita
Altare quietem debitam
Prestat beatis ossibus
Subiecta nam sacrario
Lamiamq; (t imāq;) ad aram condita
Celestis auram (gratiā) muneris
Perfusa subtus hauriunt
Sic corpus ast ipsum dī
Sedes receptum continet
Cum machabeis fratribus
Sectoq; esaye ꝓximum
Simplex sed illis contigit
Corona penarum quibus
Finem malorū prestitit
Mortis supremus (nouissimus) exitus
Quid tale sector ausus est
Truncata numq̄d corporis
Segmenta p̄ serram feris
Obiecit aut undis dedit.
Num machabei martyris
Linguam tyrannus erutam
Raptamue pellem uerticis
Auibus cruentis obtulit.
Tu solus obis inclite
Solus brauii (muneris) duplicis
Palmā tulisti. tu duas
Simul parasti laureas (coronas t uictorias)
In morte uictor aspera
Tum deinde post mortē pari
Uictor triumpho ꝓteris
Solo latronem corpore
Adesto nunc & percipe
Uoces precantum supplices
Nostri reatus efficax
Orator ad thronum patris
Per te ꝑ illum carcerem
Honoris augmentum tui.
Per uincla flāmas ungulas.
Per carceralem stipitem (stoch)
Per fragmen illud testeum
Quo parta creuit gloria
Et quē trementes posteri
Exosculamur lectulum
Miserere nr̄arū precum
Placatus ut xp̄c suis
Inclinet aurem ꝓsperam
Noxas nec om̄s imputet
Si rite sollempnem diem
Ueneramur ore & pectore
Si sub tuorū gaudia.
Uestigiorū sternimur
Paulisp huc illabere
Xp̄i fauorē (auxiliū) deferens.